

ad n. 7144. Dele; venit ex urbe (n. 1068*, 9a).

8313 tabula marmorea litteris infimi aevi. Syracusis in theatro Graeco rep. a. 1882, est in museo.



Ectypum misit Salinas. Prodiit apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 85.

8314 urna rotunda eleganter ornata nuper rep. Syracusis, nunc Panormi in museo publico.

Q · CORNIFICI ·
Q · LIB · HERMES
PIE · SALVE

Ectypum misit Salinas. Cavallari apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 85.

8315 arca parva cum operculo cum quattuor vasculis fictilibus reperta Syracusis in loco q. d. *Torre di Montineo* non longe a via Floridae in praedio marchionis Gargalli illataque museo Syracusano.

Q · CORNIFICIVS ·
Q · LIB · IVVENALIS ·
VIXIT · ANNOS · VIII
PIE · SALVE

Recognovit Huelsen. Arezzo di Targia apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884 p. 250.

XIV. SELINVS (p. 739).

Graecos titulos duos repertos Selinunte edidit Salinas *museo di Palermo* (1873) tab. 2 n. 1. 8.

XX. PANHORMVS (p. 751).

ad n. 7267. Restituendum pro *sevir[atu] pr[ae]ter summam honorariam*.

ad n. 7284. Ad eundem magistratum Kaibelius perspexit pertinere titulum alterum Panhormitanum C. I. Gr. n. 5551 sic a se descriptum suppletumque: [Ἰ]ῆς πρὸς πάντας ἀνθρώπους εὐνοίας πειραθέντες καὶ τῆς ἀνοπερβλήτου χρηστότητος (?) μετασχόντες [Δ]ομίτου Λατρωνιανῶ [τοῦ] λαμπρ. Πανορμ. ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.

ad n. 7346. Dele. Repertum esse Bovillis ait Lupi a. 1733 diss. (ed. 2 Faenza 1785) 2 p. 146. Monuit Dessau.

8316 arca prope Panormum in ecclesia S. Mariae di *Gesù*, ubi inde a saec. XV est pro sepulcro fratrum Talamanca.

coronae sustentae a pillis quattuor, sustinentes facem et urceum

D · M
VALERIA · M · FIL ·
MARCIA
GERMANAE
5 DELICATAE · SVAE · FIL ·
MARCIO IVSTO
ALVMNO SVO
SARCOPHAGVM POSVIT
VIXIT ANN XXIII MEN VNO
10 DIEB X
aquila alis expansis

Salinas apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 453.

XXII. THERMAE HIMERAEEAE (p. 761).

ad n. 7352. Refertur in narratione de Thermis, quam continent Orlandiana Perusiae servata (v. p. 982 c. LXXX); dicitur rep. esse a. 1768 prope castellum.

ad n. 7398 a. Ed. Salinas apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884 p. 98.

8317 Termini-Imerese rep. in aedibus Iosephi Catanzara, iam in museo.

D M
CN KANIVS
LVCILLIANVS
VIXITIT · AN 'sic'
5 NOS XXXVIII

Salinas apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884 p. 98.